

*Auctor damnatus.*



Thomæ Smithi  
Angli  
DE REPUBLICA  
ANGLORVM  
Libri tres.

*QVIBVS ACCESSERVNT  
Chorographica illius descriptio  
aliq. politici  
tractatus.*

*Editio vltima prioribus  
multo auctior.*

LVG. BATAVOR.  
Ex officina Elzeviriana  
MDCLXII.

*Nobilissimo, Amplissimo, Clarissimo,  
atque Viro,*


**D. THOMÆ GELMHAMO,**  
Equiti aurato, & Tribuno mili-  
tum fortissimo, Affini suo  
plurimum honorando:

*Hunc commentariolum de Regno Angliæ,  
jam tertio multis passim additis lo-  
cibus expletioem factum, in debita ob-  
servantia & sincera ami-  
citiæ testimonium*

Dedicat

**IOANNES de LAET,**  
Antvverpianus.





I.

ANGLIÆ CHOROGRAPHI-  
ca descriptio compendiosa, è Cam-  
deno, Speedo, & aliis.

**B**ritannia, insula totius orbis  
celeberrima, interfuso ocea-  
no ab Europæ continente  
discreta, Germaniæ & Gal-  
liæ figura triquetra objacet:  
tribus in diversa procurrentibus pro-  
montoriis; Beletio, quod solem occi-  
dentem; (vulgo *the Lysand point*;) Can-  
tio, quod orientem; Tarvisio sive Or-  
cade, quod septentriones prospectat. Ab  
occasu, qua parte Hibernia sita est, Ver-  
givius oceanus irrumpit. A septentrione  
vastissimo Hyperboreo mari pulsatur.  
Ab Ortus, qua Germaniæ prætenditur,  
Germanico; à meridie, qua Galliæ oppo-  
nitur, Britannico urgetur.

Dimensionem varie antiqui prodide-  
runt; nostra autem ætas ex multis mul-  
torum itineribus certam quodam mo-  
do totius insulæ jam tandem deprehen-  
dit dimensionem. A Tarvisio enim cir-  
cumactis curvatisque littoribus per oc-  
casum

Wiltonienses bellicosi, ita ut cum Cornubiensibus & Devonienſibus ſubſidiariam cohortem in præliis obtineant.

Norfolcienses fide in principes ſuos commendantur; plurimæ hic generosæ familiæ; quarum centum, inquit Spædus, nunquam ſe majestatis læsæ reas fuiſſe jaçtare poſſunt.

Cestrenſes nulli nationi bonitate & præſtantia cedunt; regio nobilitate & vitis bellicosis fœta. fœminæ formæ præſtantia & pulchritudine facile cœteris præſtant.

Northumbri bellicosi ſunt, & optimi velites, quippe Scotieis bellis exerciti.

VI.

THOMÆ SMITHI

DE REPUBLICA ET ADMINISTRATIONE Anglorum,

*Libri primi*

C A P. I.

*Rerumpublicarum atque administrationis varias eſſe formas.*



VI de rebuspublicis hætenus ſcriptum aliquid literis conſignarunt, in tres imperandi formas puriſſimas & genera maxime præcipua eas contulerunt, primam,